[illegible] pie in Domino obdormivit

1735. Die 3.tio January Anna Füchsin de Magden à cunabulis per=sona membris fracta et claudicans, insuper extremè indiga, a suâ cognata Anna Stücklerin vel ex charitate vel simul etiam sanguinis propinquitate per triennium fermè sustentata, tandem in mortiferâ infirmitate optimè disposita nec non sacramentis ritè provisa, de his mundi miseryis erepta, et à Deo ad æterna (ut piè creditur) tabernacula recepta fuit.

1735 Die 26.ta January Jacobus Ranz triplici Sacramentorum medicamine spiritualiter relevatus, fracto fragili corporis carcere, ad felicem (ut speramus) [illegible]

1735. Die 21.mo February Mors amara honestæ viduæ Mariæ Großlerin ultra annum continuò decumbenti, et acerbis lentæ tabis corrosionibus consumptæ, tandem ultimum et lethalem intulit ictum, quo animam è corporis sede totaliter expulit; postquam aliquoties ab eo tempore, quo morborum molestyis fuit obsessa, salutaribus animæ subsidyis provideri curavit.